



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Isidorus Episcopus. Horror hæreseon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. ISIDORUS EPISCOPUS.

Horror hæreseon.

Deus, qui Gothorum recens conversæ
genti, in Catholica religione firman-
dæ, S. ISIDORVM Episcopum conces-
sisti; danobis ejus doctrina fultis, ab
omni hæresi procul recedere, & uni-
tatem fidei constanter tenere.

Ora pro extirpatione hæreseon,

✠

ISIDORVS, Carthagine natus, SS. Leandri & Florentiæ frater junior, eorumdemque in virtute ac doctrina alumnus fuit. Idem fratri in Hispalensi cathedra an. 596 successus Episcopus, cœptam ab eo Gothicæ gentis conversionē, feliciter absolvit; ecclesias & monasteria ordinavit, libros multos scripsit, miraculis fulsit, Acephalorum hæresim in Concilio Toletano præsidens profligavit, & reversus Hispalim sanctissimè obiit an. 636. Capta deinde à Mauris est civitas, an. 712; sub eorumque potestate mansit sacrum corpus, in ecclesia, quæ Mahometicis quoque ritibus cessit, conditum, usque ad 1063: quando Ferdinandi Magni legatione iungenti Alvito Episcopo Legionensi ter apparens, locum monstravit, in quo jacebat suum corpus; ipsumque auferri iussit, ad novam suo sub nomine dedicandam Legionem ecclesiam: quod ibi exinde maximis prodigiis fulsit. Eorum præcipua, scripta habentur ab Isidoriani cœnobii Monacho, quem Iulucam Tudensem fuisse volunt aliqui.

Hæreticum hominem devita, sciens quia abversus est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Tit. 3.